

DE
CIRCUMCISIONE CHRISTI

ET EIUS ARCANIS

LIBER QUARTUS

HOMILIA PRIMA

*Perpulsurae aperiantur causae, ob quas
Christus voluit circumcidi.*

Consuetudo apud veteres fuit, ut refert Pictorius Valerianus, et frequens usus Silenorum, qui externa specie deformes, interna pulchri et mirabiles formabantur: extrinsecus enim vel colubri, aut horridi lacerti effigiem intuentibus offerebant; intrinsecus autem excellens aliqua imago, seu aliquid aliud, pretio, et admiratione dignum latebat. Dum Christum circumciscum intueor, atque contempler, videor mihi videre Sileum quandam, divinum tamen, et mysticum: nam, quod obicitur copereis oculis, coluber videtur peccati veneno infectus, quippe circumciscionem accipit, quae peccatoris nota est; at fidei oculis illum mihi consideranti fulget interno, divino splendore: est enim figura, et expressa paternae substantiae imago, dicente Paulo (ad Heb. 1): *Qui cum sit splendor Patris, et figura substantiae eius.* Et sicut communi est consuetudine comprobatur, ut profusioribus Salvatoris, Deiparae Virginitis, aut aliorum Sanctorum imaginibus vultu aliquod ostendatur, tam ad incutiendam animis hominum reverentiam, quam ad augendam devotionis affectum, dum non ita frequenter aspiciendae adentibus exhibentur: adveniente autem die, quo Sancti eius, cuius est illa imago, memoria recollitur, solet velum amoveri, ut omnes illius aspectu perficiantur; sic in die, quo Christus circumciditur, nobis ostenditur imago verissima, et ad vivum expressum aeterni Patris simulacrum, iuxta illud (Sap. 7): *Speculum sine macula, et imago bonitatis illius.* Ostenditur omnibus fidelibus viva Salvatoris effigies, oleo Spiritus sancti, et penicillo depicta, proprii sanguinis rubore rubricata, velamine tamen contegitur, et occultatur, quod non alio certe, quam fidei in-

mine potest penetrari. Quod enim legumentum magis clausum, quae cortina densior, quae pulchritudinem imaginis intus latentis magis valeat abscondere, quam stygia circumciscionis, et peccati signum, quod accipere dignatus est Christus, ut salvos faceret circumciscos. Est certe Christus verus mundi Salvator, immo ipsomet salus; plurimum tamen sub huiusmodi velo, et nota circumciscionis occultatur. Cum igitur hodierna dies ipsius sit festivitatis dicata, consonum rationi est, cortinam retrahi, et velum aperiri, ita enim gloria eius ab intus elucebit, et credentium oculis circumciscionis nequaquam indigens esse cernitur. Nam si rem de qua loquimur, scholastico velimus rigore discutere, notum omnibus est, circumciscionem signum esse quoddam, et protestationem fidei, quam de Messiae adventu circumciscis profitebatur; cum autem Christus sit ipse Messias in lege promissus, circumciscione procul dubio non egere manifestissimum est. Secundo, quia dubium non est, hanc circumciscionis caeremoniam eo fuisse sine institutam, ut media fide, quam circumciscus profitebatur, peccati originalis macula deleteretur; et cum Christus, Spiritus sancti operatione conceptus omnino esset, huiusmodi peccati expers, quod Dei Filii natura existens subiectum in seipso non poterat praebere peccato: satis liquet, nequaquam illi necessariam fuisse circumciscionem. His etiam si addamus, Christum ipsum legis, quae circumcidi videbat, fuisse laetorem, facile intelligemus, etiam si stabilitae ab ipso legi parere teneretur, potuisse, si libuisset, parere sibi, aut, ut dicunt, dispensare. Deinde, ut docuit d. Paulus, lex illa data fuit usque ad tempus Christi: sic enim ait (ad Gal. 3): *Quid igitur lex propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris.* Dum ait, *donec veniret semen*, Christum designat, de quo ad Abraham Dominus dixerat: *In semine tuo benedicentur omnes gentes;* dum vero ait, *legem per angelos fuisse ordinatam*, intelligere per mi-

nisterium angelorum datam, vel per Moysen, et Aaron, quos angelos vocat, promulgatam, ut explicat ibi d. Thomas (sup. epist. ad Gal. cap. 3). Ac tandem, cum subiungit, *in manu mediatoris*, idem est, ac si diceret, in eius potestate positam esse legem illam, ut quandiu vellet, maneret, et quando vellet, cessaret, ut explicat d. Chrys. d. Anselmus, s. Thomas, et Theophylactus. Non igitur Christus Dominus obnoxius erat circumciscionis legi; ne tamen quispiam falso opinaretur, beatam Virginem, tanquam huius veritatis ignaram, Filium suum circumciscionis gladio subiecisse, ideo consulo Sponsus caput eius Carmelo comparavit (Cant. 5): *Caput tuum, ut Carmelus. Comae capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus;* nam Carmelus circumciscionis cognitionem significat, ut auctor est Abbas Rupertus, et Guilielmus (sup. c. 7. Cantie.) in haec verba: *Carmelus quippe interpretatur Scientia circumciscionis; et ne pia Mater videatur minus nosse mysterium circumciscionis, eo quod Filium duxit circumcidendum, quem privilegio sacrae conceptionis, et natiuitatis sciebat esse ab omni originali tunc immunitem; idcirco a filio specialiter dicitur: Caput tuum, ut Carmelus.* Cum autem addit sponsus: *Comae capitis tui, sicut purpura regis*, idem Guilielmus plus, et eruditus auctor ait: *Per comas capitis piae cogitationes eius a principali parte, idest, a mente eius prodeuntes, designantur.* Cum igitur beata Virgo a Spiritu sancto edocta, circumciscionis Christi singulare mysterium probe agnosceret, non poterat tunc temporis omnes eius cogitationes purpureo sanguine Christi non intingit; memor tamen verborum Domini (Ez. 22): *Primo genitum florum tuorum dabis mihi, septem diebus sit cum matre sua, octava die reddes illum mihi;* difficultatem illam in exponendo filium suum sanguinis effusioni invicto animo superavit. Quemadmodum enim olim Sefhora, ut sponsi sui incolumem vitam servaret, filium suum circumcidit, et sicut feminae quaedam, ut primo Machabaeorum legitur, circumciscionis observandae zelo accensae, Antiocho rege imperante, ne quispiam parentum proprio filio circumciscionis vulnus infligeret, huiusmodi spreto praecepto, cum manifesto propriae vitae periculo, filios suos circumcidebant; sic beata Virgo, ardentiore prae his omnibus amore, et boni communis desiderio inflammata, non dabitavit filium suum circumcidere, sed obsequior, quam Abraham in filii immolatione, et fortior, quam Iudith in Holofernis capitis amputatione, pelliculam carnis Christi circumciscionis gladio amputavit. Ad rem tamen nostram revertentes, a qua non nihil digressi sumus, cum Christus Dominus circumciscionis lege minime teneretur, videamus nunc, et perpendamus causas, ob quas ille se circumcidi permisit. Nam si rerum eventus, et praeter ordinem contingentes effectus hominum ingenia solent exercere, et ad investigandas causas, unde illi fluxerunt; ac quomodo sane est, ut vigili studio quaeramus, quas ob res servator noster Christus voluerit cultum subire circumciscionis, induens peccatoris habitum, qui gratiae fons est, mancipii stygia recipiens, qui auctor est libertatis, utens

medicina, a quo est sanitas, tantum satisfactionis pondus sustinens, qui nulli propriae culpae pondere premitur, ac tandem quae non rapuerat exolvens: quae omnia adeo sunt mirabilia, ut iure quodam flagitare videantur, ut ad exquirendas tantarum rerum causas, et eventuum originem indagandam, omnes animi vires, et ingenii aciem intendamus. Non me late dixisse Bernardum (ser. 2. de circ.), cum de circumciscione Domini loqueretur, haudquaquam opus esse interrogare, cur Christus fuerit circumciscus, cum se ob easdem causas circumciscioni subiecerit, ob quas de Virgine nasci, pati, ac mori dignatus est: verba Bernardi sunt: *Nec enim quaerens est, cur voluerit Christus Dominus circumcidi; propter hoc siquidem circumciscus est, propter quod nasci, propter quod passus. Huius autem rei causas dum aperit, omnes ad metam nostram omnium refert utilitatem: ait enim: Nil propter se, sed omnia propter electos. Omnia ergo nobis, et pro nobis. Coelo egrediens, pro nobis descendit in terram, ut sancta cantat Ecclesia: Propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. Si nascitur, nobis nascitur: Nobis datus, nobis nasci. Vivit pater, ideo id facit, ut nos diat: Qui pro nobis egenus factus est, ut nos eius inopia dicitur esse. Moritur, ut nos vitam largiatur, et mortem ipsam perimat: Qui mortem nostram moriendo destruxit. Resurgit, ut nos iustificet: Surrexit propter iustificationem nostram. Coelum conscendit, ut nos hospilio recipiat, et sedem praeparat: Vado parare vobis locum. Sedet in coelo a dextris Patris, ut pro nobis semper populum agat advocatum: Advocatum habemus apud Patrem. Manet pariter in terris, ut se nobis det in cibum: Accipite, et manducate, hoc est corpus meum. Fit tandem nostrae peregrinationis usque ad finem saeculi socius indivisus; unde ait: Ecce vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Optime noverat sponsa, quae diximus: illa enim sponsi amoribus aestuans dicebat, *Dilectus meus mihi, et ego illi.* Propositio haec sine verbo est contra regulas in libro de interpretatione ab Aristotele stabilitas, et contra eius dialecticas praeceptiones. At si percontemur sponsam, cur verbum non apposuerit, respondebit, nullo verbo posse vacuum illud impleri, ideoque subitaneis verbum, ut omnia, quae ad nostram salutem pertinent, apponantur: quasi diceret, dilectus meus mihi nascitur, mihi circumciditur, mihi moritur, et resurgit, ac denique caelesti, et singulari verba, quae Christo possunt aptari, si sponsae verbis adiciantur, mens, et animus sponsae dicentis, *Dilectus meus mihi, et ego illi*, quodammodo percipitur.*

Sed quamvis certa, et vera sit haec doctrina Bernardi, dubium tamen non est, peculiariter aliquas esse rationes, quibus motus Christi voluit circumcidi. Prima sit, quam affert Augustinus (de civit. Dei) his verbis: *Quid aliud circumciscio significet vetustate cecuta, nisi naturam renovatam?* et concludit dicens: *Omnia resonant novitatem.* Circumciditur itaque Christus ex mente Augustini, quoniam magno venerat desiderio Ecclesiam suam renovandi: un-

de ait (Isai. 43): *Eccc nova facio omnia; quod exegit ille coepit, circumcisonem accipiens. Id vero ut facilius, et claris intelligatur, sumptum ab his, quae usu venire solent, apponam exemplum. Cum vir aliquis nobilis haereditatem patris adit, si paternas aedes vetustate collabentes, aut deformes videt, id primum agit, ut veteri disiecta aedificii forma, quidquid minus decorum est, novo, ac pulchriore modo instauretur. Portam angustam, qua vix currus transire poterat, et quae in vicum arctum ducebat, in primis occludit, allamque latiore, et vertice sublimiorem aperit, qua non modo laetam aliquam viam, sed forum quoque spatiosum prospiciat. Fenestras, quae olim humiliori situ dispositae, atria, vel posticam domus partem occupabant, aperiunt Ioco, et nobiliori structura inbet aedificari, et cancellis, et vectibus ferreis ornatae delectant traescentes, et qui domum incolunt, dum inde prospiciunt, alto, et longo aliorum aedificiorum, et agrorum aspectu reficiantur. Non aliter gloria nostra Christus, existens aeterni Patris haereditas dicente Apostolo (ad Heb. 1): *Quem constituit haereditum universorum, veniens in orbem terrarum, reperit suae primogeniturae domum, nempe Hebraeorum gentem male affectam, et ruinae iam fere proximam, ac propterea cum primum in illius possessionem, id maxime curat, ut antiquo illius ritu, et forma mutata, novo aedificii genere decorata renovetur. Angusta quidem prius illius porta erat, circumcisio nempe, cuius adit adeo erat laboriosus, ut nemini illuc liceret accedere quin laederetur, ac sanguinem funderet, cum gladium circumcisonis, quae porta erat, pertransire deberet. Christus ergo portam mutavit, et effecit ampliorem, instituens baptismum, quem vocant Theologi, *Iannam sacramentorum*. Porta haec in Ecclesia catholica prima, et praecipua est, quam licet cultibet absque ulla difficultate intrare, ubi nullus adest ianitor, aut custos, qui aditum prohibeat. Porta illa circumcisonis aeta erat, et brevis circumscripta limitibus, quae pergebat in angustum angustum, nempe ad populum Israeliticum, iuxta illud: *Notus in Israel Deus*. Haec igitur portam Christum hodie claudit, et baptismatis iannam aperit, quae non in viam angustam, sed in amplissimam universi orbis plateam prospectat, et profunditur: non enim uni, aut alteri populo, sed omnibus patet genibus, et nationibus, de illa sic Christo loquente (Matt. 28): *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Quod instaurationis, et renovationis aedificium Christus prosequens, universam veteris aedificii partem, quae Mosayco ritu fuerat constructa, variis caeremoniis Iudaicis ornata continuo disturbare, et solo aequari mandavit, Romanoque cultu, Ecclesiae videlicet Romanae ritu instaurari, et reaedificari praecipit: quia una re Ecclesia Dei adeo pulchre constructa, et celestis similis sese erexit, ut Ioanni non iam a terra egrediens, sed a caelo ipso descendens in Aegypti ipsa vis fuerit: *Fidi civitatem Hierusalem vocam descendentem de caelo*.**

Hinc etiam placet causam reddere secundam

priori non absimilem, unde magis patet, quam ob rem Christus circumcidi voluerit. Ea vero est, ut quemadmodum catholicae Ecclesiae Christus datus in initium; ita pariter Synagogae finem imponeret, et circumcisonem omnino terminaret, sicut Augustinus, et Ambrosius docuerunt. Ad huius veritatis intelligentiam supponi prius debet, divinum Verbum antequam humanae naturae habitum acciperet, id cum Abrahamo iniisse foedus, ut Abrahamus circumcisoni principium, ipse vero carne indutus finem afferret, ut indicant illa verba (Genes. 17): *Statuum pactum meum inter me, et te, etc. quod reipsa completum cernimus. Circumcisus enim Christus cessare fecit circumcisonem; ut dictum est per Ecclesiasticum (c. 44): *In carne eius stare fecit testamentum*: quasi dicat, in carne Christi non solum circumcisonis, sed reliquias omnes veteris Testamenti caeremonias Deus abrogavit. Consonat his quoque verbis, quae Sephora dixit in Exodo, filium suum circumcidentem: nam ubi nostra vulgata legit: *Sponsus sanguinum tu mihi es*, Septuaginta vertunt: *Stetit sanguis circumcisonis filii mei*; quam lectionem, et interpretationem Epiphanius contra Evionios, et Cyrillus (in l. de ador. in spir. et ver.), amplectuntur.*

Sed ut, quod de Sephora dixi, claris intelligatur, placet breviter rem perstringere. Dum Sephora filium suum circumcidebat, vix cooperit sanguis egredi, cum repente substitit: unde illa admirans inquit: *Stetit sanguis filii mei*. S. Augustinus (in lib. quaest. sup. Exod. q. 11) ait, fieri non posse, ut huiusmodi res crearet aliquo magno mysterio, quod etsi Augustinus non aperuerit, magnus tamen ille pater Epiphanius loco superioris citato declaravit: ait enim, Sephoram pareulibus gentium idololatris, figuram esse Ecclesiae catholicae, quae ex gentibus idololatris fundata coaliuit: infantulum autem Sephorae filium imaginem fuisse pueri Iesu, infra octo dies circumcisi. Cum vero ait Sephora, *stetit sanguis circumcisonis*, manifeste praedixit, quod Ecclesia catholica verissime postea dictura, et assertura erat in Christo iam circumciso: quippe vere tunc omnino stetit sanguis circumcisonis. Qua in re est animadversione dignum, quod Cyrillus (lib. 4. in Ioan. c. 51) iure optimo notavit, videlicet, dum Iosue, qui figura nostri Redemptoris fuit, humo mandabatur, pariter cum ipso cultros, quibus Israelitae circumcidebantur, fuisse sepultos. Id vero non aliam ob causam factum intelligo, nisi ut in circumcissione, et morte Christi, cuius figura fuit Iosue, mortua, et sepulta legalis circumcisis significaretur. Habemus etiam in Deuteronomio huius rei optimum typum, iubeente Deo Israelitis, ut dum intra terminos terrae promissionis morarentur, illare conderent lapideum, et calcem superinducentes, verba legis inscriberent. Poterant non immerito Israelitae dicere: Domine, firmior erit inscriptio, si non calci imprimatur, sed ipsi calci incidatur; sicut cernimus loe optate, ut verba eius longiore tempore permaneret, cum dixit (c. 19): *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut caecarentur in libro stylo ferreo, vel plumbi lamina, vel cello*

sculptantur in silice? Optime quidem id novat Deus, verum tamen non absque peculiari sacramento legem istam iubet in superficie calcis describi, ubi quidquid exaratur, non admodum difficile abraditur, et deletur: significare namque volebat, legem illam non esse perpetuam, et adveniente tempore delendam, cum lapis angularis, qui illic suberat, hoc est Christus, delegeretur, in quo lex gratiae firmiter scripta foret permaura. S. Augustinus, cui etiam Hugo, et Lyra adstilpulantur, autumat fractionem lapidis, ubi lex Dei erat descripta, quod Moysi a monte descendenti contigit, portendisse, et significasse duritiam, atque rigorem Mosaycae legis rumpendam, et emolliendam in Christo universae Ecclesiae lapide angulari, et fundamentali, ut Paulus appellat. Praeterea, si Poetarum mihi liceat uti figmentis, dum humani generis Redemptorem Mosaycum ritum, et molestam circumcisonis caeremoniam deprimentem, et morti tradentem aspicio, mente concipio, et recordor, quem fixere Poetae fortissimum, et invictum Herculem, qui terrae filium Antaeum fortiter amplexus, et a terra sublimem elevans, inter brachia vehementer adstrictum, animam efflare compulit. Exultit quidem Christus circumcisonem in altissimum locum, nempe super carnem suam innocentissimam; unde factum, ut omnis eius virtus fuerit in posterum enervata, nemini profutura post Evangelii promulgationem. Et quemadmodum si acuto cultro levem materiam seramam, acies eius non obtunditur; si vero lapidem scindere velimus, protinus hebescit: sic ante Christi adventum, quando circumcisonis gladius carnem conceptam peccato scabebat, acumen eius non invertebatur; sed cum lapidem, qui erat Christus, *Petra autem erat Christus*, tangere ausus est, protinus aciem amisit, et adeo vires eius defecerunt, ut in lege gratiae noxia omnino illius observantia sit. Et quemadmodum splendente sole ignis scintilla non emicat, immo quae illo absente lucebat, eius irradiante fulgore tenebescit: ita adveniente iustitiae Sole Christo, umbra futurorum honorum, profusus disparuit, et disiecta fuit. Est tamen ad bonam nostrorum morum institutionem plurimum advertendum, quod quamvis Christus oppresserit, ac praesterverit circumcisonem materiam, vult tamen stare, et in nobis vigere spiritualem, quam Apostolus appellat *circumcisonem cordis*; et illi, *circumcisonem non manufactam*, sicut scilicet circumcisonem, quam non manus operatur, sed libera voluntas semetipsam abrogans, turpes omnes rerum appetitus sedulo coercens. Quae doctrina s. Augustini verbis consona est, dicens (tract. 30. in Ioan.): *Quid est circumcisio nisi carnis expoliatio? Quod etiam ait Augustinus Philo Hebraeus (lib. de circ.) scripsit his verbis: Per circumcisonem significari arbitror excisionem voluptatum, quae mentem fascinant. Perferunt etiam huc illa Christi verba (Matt. 5): *Si manus tua, vel pes scandalizat te, abscinde eum*. Quam ob rem si ipsmet Christus, qui nihil habebat in sacratissima sua carne superfluum, illam circumcidit,*

et amputat; acquissimum profecto est, ut qui in mundo degunt, tot, tantisque imperfectioribus pleni, et superfuitibus redundantes, eas amputent, et radicibus evellant. Oportet ut nobilis immodicae expensas moderetur, mulieres ornatae, potentes fastum, regius minister severitatem, Ecclesiasticus vagationes, et visitationes, mercator, et tabellio lucra, ac denique omnes quotquot impuro, et incircumcisi sunt corde, vel opere, cultum circumcisonis huiusmodi nunquam manu deponant: nam cum effreni, et inordinato appetitus impulsu mens hominis semper sollicitetur, et praeceps in malum rapiatur, timendum nobis semper est, ne parum cauti vincamur, neve, ut Absaloni, sic etiam nobis accidat, cum ille, quod capillos non abscidisset, a quera pependit, donec a Ioab duce lancea transfixus interit. Ipsa rerum experientia plane demonstrat, quod et philosophia docet, in motu corpore, quando violenter fit, necessarium omnino esse, ut rei motae auctor motionis, vel eius virtus assistat: altero enim deficiente protinus subsistere, et coeptum rei motu interrumpi motum, immo et retro labi necesse est. Probat id inter alia natantis exemplum, dum contra torrentem aquarum obstitit, qui ubi primum contra nititur desinit, alveo rapitur, et serendo flumine abductur: quod etiam lapis in altum missus ostendit, quem licet multo robore iaculemur, cessante tamen impetu, quem primus ei excussor impressit, non solum non progreditur, sed impetu non parvo ad ima delabitur. Qui ex animo christianus est, semper adverso flumine navigat, opponens se fortiter non absque ingenti violentia sibi illata vitiorum omnium sive passionum torrenti; quippe cum sensus inclinationi adversus, et rationi rebellis sit, unde cum primum fortitudo illa animi, et vis, quam sibi fecit, passionibus per spiritualem circumcisonem obiectatus deficit, illico mens eius ab incepto bono opere resilit, et quae prius ad divina surrexerat, excisione vitiorum ingravescente, rursus corruendum resuscitantium pondere, non secus, ac lapis ad ima, et terrena defunditur: tunc enim non solum non proficit dum cessat, sed deficit, et fit quoddammodo, quod factum erat, infestum, dum hominis mens iterum limo defixa, malorum morum sordibus inquinatur, vitiosis habitibus hinc atque inde multiplici veterum affectuum germinae repullulantibus: nam protinus ab oculis confabulatio, a manibus alea, a pedibus vagatio periculosa: quae omnia, et alia multa incommoda, et aeternae salutis detrimenta si oplatis effugere, oportet omnino, ut quisque vestrum suos castiget appetitus circumcisonem omnium voluptatum: nam quemadmodum diligens, et ingeniosus alicuius viridarii, vel horti cultor, et custos, si forte in myrto, hyssopo, vel aliis herbis nomina Iesu, vel Mariae figuravit, solet frequenter accrescentes herbas avellere, et amputare: nam si id intermitat, character, et figura silvescens, et herbis provenientibus obrueretur: sic etiam mens nostra, quam humano corpori tanquam eius moderatricem, et animati horti cultricem Deus infudit, ut quemadmo-

dum Adam olim paradysum, sic ipsa silvescentem nostri corporis terram colat, et expurget, spinsque, ac tribulos vitiorum evellens, virtutum inserat germina, et impressum sibi lesu, et Mariam diligenter colat, et veretur ille pro artificio a vivente materia, et rebeli carne libro arbitrio gaudente sit receptus, perpetuasque in ea passionum aestus fluctet, manifestum adest periculum, ne pristinae resurgant actiones, et carduis, vepribus, et urticis renascentibus, quam efformaverat sedulus labor, virtutum imago cooperiatur. Quamobrem vigilanter nobis semper agendum est, a mortificatione nunquam abstinendum, ut herbis nocentibus avulsis, quae animae afferunt salutem, inserantur. Advertendum tamen est, ut quemadmodum horti cultori non satis esset, si partem supererentium herbarum amputaret, et partem omitteret: nec etiam satis est, si quatuor vitibus laborans tria tantum amputet, sed prorsus necesse est omnia excindas, et mortificationis cultro subicias; quod insinare videntur haec Pauli verba (2. Cor. 4): *Mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes: ac si diceret: Mortificatio Christi debet nos undequaque circumdare, et omnes tam corporis, quam animi partes cingere, ac nuire, quod etiam nomen ipsum circumcissionis indicat: est enim circumcisio quasi in circulo facta caesio, et amputatio, ita ut visus, gustus, tactus, et reliquorum sensuum fiat reformatio, et nulla inclinatio sinistra in nobis vigere permittatur: nam enim si reliqueris integram, exiti Pharaon, qui primogenitos Israelitarum cum interfecisset, unus solus ab eo relictus Moyses non solum ei sceptrum, et regni potestatem eripuit, sed universum eius equitatum, ipsamque regem rubri maris fluctibus involvit. Huc facit, quod optime dixit sanctus Dorotheus (in quodam serm.): parum scilicet aucupem curare, si aquila caput, alas, pedes, ac reliquum corpus habeat liberum, dum tamen ungue saltem fortiter laqueo capta teneatur: satis enim id est, ut de aquila fiat ad irrelentis arbitrium: similiter quando diabolus uno solo vinculo animam peccatoris irrelitvit, unus saltem vitii servituti illam subiciens, id satis superque est ad eius excidium, et omnimodam calamitatem. Et quemadmodum parum urbis incolumitati prodesse munimenta, arces, et grandia tormenta, militumque lectissimorum copiae, si forsam aliqua parte muri dissipata aditus hostibus pateret, nec praesto esset prompta defensio; ita parum interest, si tuarum affectionum incommodis occurras, et veltibus portas obseres, quas adversus te diabolus frequentius invadebat; si tamen incautus rimulam aliquam relinquis apertam, qua in te ille serpens veneficus virus suum queat expuere. Reducat oportet in memoriam, quisquis suae salutis amans est, quod olim regi Achab contigisse divina Scriptura commemorat, qui praelium ingressus, etsi bene armatus, quia tamen forte armantis incuria parva corporis pars inermis erat, hostili iaculo confossus occubuit.*

HOMILIA II.

Declarantur aliae egregiae causae, ob quas Christus circumcidendi voluit.

Est adeo locuples minerale, et copiosa vena causarum, propter quas Christus se circumcissioni subiecit, ut quem huius declarationi mysterii adhibeo laborem, arbitrer felicissimum: quippe quo altius hanc pretiosissimi auri venam fodio, et diligentius persequor, eo maiores divitiae, et thesauri mysteriorum uberiores eruantur. Receptum visus est, ut quoties sanguineus cometa caelo fulget, ab eis, qui astrologiae praestant cognitione, causae protinus exquirantur, et multis propositis rationibus multiplicia quoque, et varia de illius significatione praedicantur, et praenotantur. Apparet hodie nobis non in caelo, sed in terris cometa sanguineus Christus Iesus, octo dierum mundulus, proprium sanguinem in templo fundens: consonum ergo est, ut mystici catholice haec Ecclesiae, qui sunt magistri eius, et praedicatores, causas quaeramus tanti portentis, quale est sanguinem ab ipsomet Deo in tenera aetate fundi. Constat inter astrologiae magistros, et auctores sanguineo apparente cometa mortem principis alicuius, aut regis praenunciari, quorum sententia et praedictio multo verior quam unquam ante, hodierno die censenda est: sanguinem enim fundi a Christo adhuc infantulo indicium est manifestum, et certissima coniectura multo copiosius pro nobis moriendo postea fusura. Convenienter applicabitur rei, de qua loquimur quod apud Mattheum Christus dixit his verbis: *Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum est enim caelum: et mane, hodie tempestas, rutilat enim triste caelum: hoc cum ita se habeat, si caelum mane, id est Christus in infantia sanguine rutilat, quid inde conieciemus nisi abundantissimam sui sanguinis pluviam, quam a nube sui corporis facto iam vespere, nempe instante iam morte pro humani generis redemptione profundet? Cuius rei figuram fuisse certissimum, quod (1.3. Reg. c.18) ita legitur: *Ecco nubecula parva facta est pluvia grandis: sic haec paucae guttae sanguinis, quem Christus in circumcissione hodie fundit, aperte praenunciavit pluviam in cruce copiosam, dicitur David (Ps. 129): *Et copiosa apud eum redemptio. Ut ergo Christus laetum nostrae redemptionis nuncium nobis afferret, vult, tanto suo sumpto iam inde a puero sanguinem fundens, pretium dare nostrae redemptionis.***

Secunda causa circumcissionis Christi est, ut ostenderet magnum, quod habebat, nostrae salutis desiderium, ac propterea vix utero matris egressus aeterno Patri satisfactorius, illud exequi festinat. Narratur in Genesi, cum primum arca fuerat egressus Noe, sacrificium obtulisse tam gratum Deo, ut ab eo tempore inita inter Deum, et homines pax fuerit, in cuius rei signum et confirmationem arcus in nubibus datus a Deo fuit. Noster Noe Christus, *Qui ventris sub arca clausus erat, vix inde pro-*

dierat, cum statim crucientum sui sanguinis Deo Patri immolat sacrificium, quod ei adeo placuit, ut qui Noe dixerat: *Non ultra maledicam terram, Christo dixerit: In ipso benedicantur omnes gentes. Vere igitur dictum ab historico est: *Animo cupienti nihil satis festinatur. Vix enim Christus pedem in orbe terrarum fixerat, immo vix fueni in quo lacebat sentire calorem, et materio lacte nutriri coeparat, cum proprium sanguinem Patri offert, tanquam pignus suae fidei, cui postea adveniente tempore se facturum satis pollicetur. Qua in re Christus se gessisse videtur, ut solet industrius, et lucri amans mercator, qui ad nundinas profectus, si merces quas emere cupit adesse novit, nil moratus cum domino mercium de pretio convenit, et ne forsam alteri vendantur, arctam praebet, donec reliquam pecuniae summam aperto sacculo in mensa numeret, et solvat: ita Christus redemptor noster, et Deus (ad Eph. 2): *Qui dices est in misericordia, quasi locuples mercator a coelorum Indis orientibus ad occidentales terrarum veniens nundinas, humani generis ingressus, animas hominum quantumque pretio redempturus, illi-co guttas aliquot sui sanguinis offerre incipit, tanquam pignus certissimum integrae postea solutionis, quae in Calvariae nundinis, aperiens misericordiae suae thesauris, et sacculo corporeo in mensa crucis facienda erat. Videor mihi in hoc principio solutionis, quae fit in sanctissima eius circumcissione, audire Christum cum Patre ita loquentem: Pater aeternae, ne forsam homines ignari fallantur, existimantes si lotum meum tibi offeram sanguinem pro animarum pretio, id a me agi pueriliter, suspicentur usum me postea exceptione, quod aetate minor sim, dignare quaeso accipere nunc haec sanguinis guttas, tanquam pignus satisfactionis, quae tempore meae passionis tibi copiosissima redderetur: nam cum gloriosum putem stare, pignora etiam proprii sanguinis dare non piget. O amantissime Iesu, cur ita proptere, et quasi ante tempus tuum vis fundere sanguinem? Quorsum tanta festinatio? Cur non expectas tempus, quo validior, et grandior iam factus, commodius queas tanti vulneris pati dolorem? Patere precor, ut quod susxisti lac, saltem verlatur in sanguinem, quem opportuno passionis tempore fundas pro pretio nostrae redemptionis. O amor, quam morae impatiens es, quam durus promissorum exactor vix dies octo natus Deus, adest in terris, et tu iam illum tibi reddere vis tributarium, nec satis tibi cautum putas, nisi proprium eius sanguinem multis lacrymis, et dolore fuso pro pignore accipias. Sancta refert Scriptura, Sichem principem amore filiae Iacob captum, circumcidendi se permisisse; ita Christus animarum amantissimus, ut eis salutem afferret, circumcidendi se permisit: et quemadmodum princeps ille manibus filiorum Iacob fuit occisus; ita Christus a Synagoga filii mortem passus est acerbissimam. Optime ergo dixit David nomine Christi (Psal. 87): *Pauper ego sum, et in laboribus a juventute mea. Cur o bone Iesu non ais in laboribus a pueritia tua semper****

te fuisse versatum? Nonne paupertas maxima est, deficiente domo nasci in stabulo? Nonne summa egestas est, pro cunis uti praesepio? Nonne labor est frigore tremere, et aprico loco carere, neque aliud tibi esse diversorium, quam bestiarum? Nonne dolor est acerbissimus, quem tibi vulnus circumcissionis inflixit? Nonne gravis tibi fuit persecutio, qua te crudelis carnifex Herodes urgebat tuae mortis avidissimas? Quomodo igitur non ais labores tuos cepisse ab infantia, vel saltem a pueritia, sed a juventute? Ego arbitror hoc loco agere Christum nobiscum tanquam cum ingratis, et malae fidei debitoribus. Videmus enim quotidie accidere, ut si pecunia mutuo data sit alicui, qui non est solvendo, creditor id animadvertens, ne tota summa pereat, de mille nummis aureis remittit quingentos, ut saltem dimidium mutuae pecuniae recipiat: non aliter Christus, cui omnes tenemur, debitorumque sumus, tam propter labores, quos in infantia, et pueritia, quam quos in juventute pro nobis subivit: quoniam cognoscit nos nequaquam esse solvendo, et incertus esse, atque mendaces debitores, non exigit a nobis omnium suorum laborum summam, sed tantam solutionem postulat propter labores saltem, quos in juventute sustinuit, licet alioquin reliquis in infantia, et pueritia toleratis debitoribus simus.

Sed ad aliam rationem properemus, quam affert S. Bernardus, de Christi circumcissione loquens. Ait enim circumcidit, et signo, quod proprium est peccatoris, notari voluisse Christum, ut nobis profundissime suae humilitatis praeretur exemplum: nam etiam si multis in rebus Christus ostenderit, quantum virtute humilitatis excelleret, nunquam tamen a libi ita se, ut in circumcissione, demisit. Multum Dei maiestas, et altitudo inclinata fuit, cum habitum hominis induit, vel, ut utar verbis Apostoli, quando *in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo*: at in circumcissione figuram subit, et habitum induit peccatoris, sive, ut idem inquit Apostolus (ad Ro. 8): *In similitudinem carnis peccati*, quippe tanquam peccator sinit se notari stigmatem peccatoris. Scimus in eius incarnatione non defuisse, qui novit verum esse Deum, ut constat ex propheta Abachue; nam tibi nostra vulgata legit: *In medio anorum notum facis: Septuaginta vertunt, In medio duarum civitatum agnosceris*, quae verba, interprete Eusebio Caesariensis (in lib. de demonstr. Evang.), significant Christum Dominum quantumvis se ipsum simularet, ac legeret, in ipso tamen vitas duas, humanam scilicet, et divinam in uno, eodemque subiecto cognoscendas. Ostendit mirabilem suam divinitatem Christus in portica, et in stabulo inter animalia nascentem; verumtamen illic ab angelis tanquam eorum Deus agnoscerit, et coelesti concentu natalis eius celebratur, concinentibus angelis (Luc. 2): *Gloria in altissimis Deo, pastoresque caelitus admoniti in porticam, ubi natus fuerat, festinarunt, clamans, et stultis festum eiusdem agentes. Et quod mirabilis est, ipsi quoque Arabiae reges ab Oriente profecti cum adoratori venerunt; purpuram in eius conspectu trahentes, coronis, et*

sceptris depositis, ad Christi pedes procumbentes, tanquam eius vestigales pretiosa munera thuris, auri, et myrrhae humiliter offerunt, ut thure Deum, auro regem, myrrha hominem prolescant. Plurimum etiam Christus suam deprimens maiestatem ostendit humilitatem, quando baptizatus in Iordane fuit, siquidem existens ipsamet puritas, et innocentia, voluit aqua baptismatis abluī, et Ioanni subici, tanquam parochus suo, et ministro baptismatis; sed interim caelitus audita est vox aeterni Patris aientis (*Math. 3*): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*. Adfuit tunc et ipse Spiritus sanctus sub specie columbae, ut de columbina eius innocentia testimonium perhiberet, insidens eius capiti tanquam Doctoris insigne, quo declararetur eius dignitas, quam inter divinas personas tanquam verus Dei Filius, et summa Sapientia Patris obtinet. Accidit praeterea, dum Christus baptizatur, quod refert s. Iustinus Martyr (*in dial. contr. Triph.*), mirabile, ingensque prodigium, quando a Iordanis aquis flammaram incendia consurgere visa sunt. Non parva eius fuit humilitas in deserto satanae tentationis se permittentis, non secus ac si homo esset imbecillus, de quo posset expectari victoria; verum tamen post longum illud quadraginta dierum ieiunium mittitur caelitus et cibis, et adsunt angeli ei deservientes (*Matth. 4*): *Et ecce angeli ministrabant ei*. Plurimum se demisit Christus, permittens se a Iudaeis capi, et tanquam latronem tractari, ut ipse dixit (*Luc. 22*): *Tanquam ad latronem existis cum gladiis, et fustibus comprehendere me*; sed tamen illic suam omnipotentiam tam verbis, quam opere delixit; verbis quidem, quoniam solo verbo, quod summa placabilitate protulit, inquit, *Ego sum*, totam cohortem, et satellitum comprehendere festinantium terruit, et homi prostravit. Nec opere minus id monstravit, quam Malcho Petrus amputavit auriculam, ita mirabiliter restituens, ut abscessa nunquam fuisse videretur. Et ne plura dicam, Christus suae humilitatis maximum omnium praebuit documentum pro nobis moriens adeo ignominiosa morte, ut inter duos latrones, ac si caput, et eorum princeps esset crucifigeretur; illic tamen creator omnium esse dignoscitur: nam eius mortis dolore, et miseratione velum templi scinditur, saxa congregantur, et rumpuntur, terra contremiscit, sepulcra panduntur, sol obscuratur, aer tenebrescit, ut tanquam olim filii Noe super nudum Christum pallium mitterent, quo ignominiosa eius nuditas tegeretur. Nec defuit inter tot, et tanta opprobria, qui cum fateretur Regem, dicens (*Luc. 23*): *Memento mei Domine, cum fueris in regno tuo*; et alius, qui similiter admiratione correptus dixit (*Marc. 15*): *Vere hic homo Filius Dei erat*. Fuit etiam, dum haec agebatur, erecta Christo ara in Atheniensi urbe, cum hac inscriptione, *Ignoto Deo*, quoniam ut scribit Martinus Polonus (*in Chron. Ecclesiast. lib. 4*), gravissimus historicus, cum Athenis tantum portentum eclipsis, in die quo Christus patiebatur, contingens animadverteretur, et magnis densique tenebris terra occuparetur, post causam tantae novitatis diligenter exus-

sam; decretum denique ab Areopagitis fuit, auctorem vitae pati vel mortem, vel gravem ignominiam; ideoque huic vitae auctori ab Atheniensibus ara consecrata fuit adiecta, ut dixi, inscriptione, *Ignoto Deo*: cuius meminit Paulus in Actis Apostolorum a Luca relatus. Ecce igitur etsi Christus moritur, summo decore, et ignominia affectus, interim tamen eius divinitas ab omnibus creaturis, etiam sensu carentibus agnoscitur, et acclamatur; quam maiestatem in circumcissione ita abscondit, ut vix aliqua supersit rimula, per quam ignari homines possint excellentiae divinae radios aliquantulum intueri. Quamobrem propheta David protendens oculos in hunc usque diem, quo Christus erat circumcidendus, vidensque illum peccatoris nota insignitum alloquens aeternum Patrem inquit (*Psal. 88*): *Repulisti, et despectisti Christum tuum*: quae verba sanctus Hieronymus (*sup. Psal. 88*) ita vertit: *Quiescere fecisti munditiam eius, et alius interpres in hunc modum: Retrocedere fecisti eum*. Quasi dicat Propheta: fecisti, o pater aeternus per circumcissionem Filii tui, ut non, et opinio, quae de illius innocentia, et puritate percepta erat, apud homines minueretur, dum cum circumcisum intuentes, his paucis exceptis, qui fide illum noverant, indicabant cum aliis similem, et peccatorem. Quare qui te christiane circumcissione liberum, et Christum circumcisum videret, non utique te, sed illum esse peccatorem putaret. Quemadmodum enim si duo simul per viam incedant, et unus in lutum cadens pallium foedit, tu autem honoris gratia pallium tuum ei mutares, qui te aspiceret luto conspersum, proculdubio iudicaret, non alterum, sed te, qui pallium sordidum haberes, in lutum fuisse prolapsam, cum tamen contra se res habeat. Qui ergo te a circumcissionis vulnere liberum, Christum autem gladio eius subiectum solo lumine rationis prospiceret, non te, sed illum circumcissione indigentem iudicaret.

Ex hac Christi humilitate nascitur alia causa, ob quam circumcidi voluit, nempe ad tollendum scandalum, quod inter Hebraeos oriri poterat, si circumcissionis praeecepto illum, ut ceteros, non eerneret obedientem. Promiserat olim Deus venturum ex semine Abraham, qui salvum faceret Israel, quando ei dixit (*Gen. 22*): *In semine tuo benedicentur omnes gentes*: adieceratque, posteritatem eius universam circumcidendam; et propterea Christus voluit circumcissionis legi parere, quippe noverat negotium sibi esse cum discipulis, et morosis, qui si eum circumstantiam quaedam Christum animadverterissent, illico sic adversus ipsum argumentarentur. Messias futurus est de stirpe Abraham, et circumcisus, quemadmodum et ille fuit; tu non habes signum circumcissionis: ergo verus Messias non es. Nam si concurrentibus in Christo omnibus etiam parvis quibusque circumstantiis, prout Pater aeternus cum Iudaeis convenerat, certaminis publice, et coram iudice ausos profiteri, se nec habere, nec velle regem, quando dixerunt (*Ioan. 19*): *Non habemus regem, nisi Caesarem*: quid facerent, si Christo circumcisio defuisset, quae propria e-

rat posteritati Abraham, ex cuius propagatione Messias expectabatur?

Si autem adhuc placet profundius adigere Iignonem in hoc minérale causarum, ob quas Christus circumcisus fuit, tam est loquax, ut principio dixi, et tam abundans vena mysteriorum, ut non minus nunc, quam cum fodi coelum a vobis est, nova genera causarum, novaeque rationes huius mysterii prodeant, et scaturiant. Inter quas non est minoris momenti, quod semper Christus plurimi fecit David patris sui mansuetudinem, et clementiam, in qua David mirabiliter excellit; nam cum primum regnare coepit, per omnes provincias regni mandavit promulgari veniam, et remissionem universae domui Saul, oblitus omnium iniuriarum, quibus ab eo fuerat affectus. Erat enim Saul infestus adeo, et capitalis hostis Davidi, ut nisi David ictum invadentes Saul oportuno declinasset, fuisset lancea transfusus: iterumque nisi sponsa Michol per fenestram dintercepisset eum, a cohoribus eiusdem Saul interceptus occubisset. Ita Christus haereditatem animarum intens, quasi regum, quod Pater ei promiserat (*Psal. 2*): *Dabo tibi gentes haereditatem tuam*, non contentus nuncium misisse pastoribus, qui diceret (*Luc. 2*): *Annuncio vobis gaudium magnum*: nec contentus angelos gloriae atque pacis fecisse praecoones, dicentes (*Matth. 23*): *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus*: nec tandem satis putans stellarum misisse ad publicandum in Arabia misericordiam suam: nunc octavo post eius natiuitatem die possessionem regni Davidis ingressus in throno praesepit, ut olim David, clamaret: *Nemquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam misericordiam?* est ne aliquis capitalis hostis meus, qui mihi reconciliari cupiat? Accedat securus, et sanguinem meum amicitiae pignus accipere non dubitet, pro ipsius salutae hodie in templo fluentem. Accedat omnis peccator, quoniam veterum culparum amplius non recordabor, ut puniam, sed ut condonem: nam tanquam pater amantissimus scelera, et peccata, non ut iniurias meas, sed ut peccatoris vulnera medicinae gentia considero; quae non alio pharmaco, quam propil sanguinis balsamo veni curaturus. Haec mihi scribenti venit in mentem, quod ab hac re non alienum scribit magnus ille philosophus Marsilius Ficinus probans ingeniosis nullisque rationibus senem, si pueri alicuius sanguinem sugat, reemparere posse vires, et robur inventutis. Quid veritatis haec Marsilii philosophia contineat, discutere praetermitto, cum id magis ad medicos, quorum propria ea tractatio est, pertinere videatur: illud tamen christiane tibi audeo promittere, aliam magis certam, et experimento comprobatam in renovatione animae inventi philosophiam: nam etsi in peccatis tantum sis progressus, ut longa, et mala vitae consuetudine in eis incanueris: si velis novum robur, novamque virtutis accipere inventutem, non alia tibi propinabo pharmaca, sed more medicorum loquens dicam: *Recipe guttam sanguinis Christi*: id enim si medio dolore, et poenitentia culparum ductus facies, sanilatis mentis, et valetudini restiteris, et ut

CARTHAGENA DE SS. TRINIT. ET CHRIST. DOM. — Vol. IV.

ait David (*Psal. 102*): *Renovebitur ut aquila juvenentus tua*.

Voluit quoque Christus circumcidi, ut monstraret, mores, quos sequi vir Christianus debet, longe alios esse oportere, quam qui mundo probantur. Mundus enim spiritum minuit, et carnem auget; Christus contra spiritui vires addit, et carni suae alias sanctae detrahit: quod adeo verum, ut suae ipsius humanitati negaverit suppositum humanum, et pro illo divinum tantum substituerit, hodieque impleto tempore octo dierum circumcidens eandem sanctissimam humanitatem, innocentissimae carnis particulam sibi auferri toleraverit. Itaque mundus spiritum enervat, et carnem praeminuit; at Christus spiritum roborat, et carnem debilitat: mundus amat sensus illecebras, et voluptates; Christus afflictione spiritus, et dolore laetatur: mundus incrementa deliciarum quaerit; Christus earum detrimenta complectitur. Ut igitur superflua, et obnoxia doceret excindenda, voluit hodie carnem suam minui per circumcissionem.

Praeterea circumcissionis legi obedit, quoniam fideiussor hominum existens, aeterno Patri satisfacturum se pro illis promiserat: unde hodie sanguine suo, quod cum Patre congenerat, ratum facere incipit, differens reliquam satisfactionem ad suae mortis tempus, quando clavus affixus et cruce pendens ad exhibitionem chi-rographi, quidquid in eo fuerat ad stipulatum, exsolvet. Hoc Salomon spiritu praevidens, nos, ut tanto benefactori gratissimus, hortatur huius verbis (*Eccel. 29*): *Gratiam fideiussoris ne oblitiscaris, addit animam suam pro te*. Ipse namque etsi cum, pro quo solutiois pondus ad se ut nunc pertinere, optime quidem sciebat, quod fuit exitum genus munificentiae, quippe fideiussores ut plurimum ab his, pro quibus pollicentur, satisfactum iri putant, hoc tamen tam grave nostrae redemptionis onus suis humeris impositum voluntarium. Hinc volo aliam causam circumcissionis Christi voluisse degerere, quae non alia fuit, nisi ut homines animadverterent, Deo carnem Filii sui, quoniam se pro peccatoribus fideiussorem constituit, ita laedente atque acriter castigante, quamvis peccati expertem, immo et impecabilem, quid ab illo in die iudicii sperandum sit fieri adversus ipsos peccatores: nam si tanti stetit satisfactio fideiussori, quis non credit debitori non minoris futuram? Circumciditur denique Christus propter magnum odium, quo prosequitur peccatum, quod ne in hominibus puniat, in sua carne castigat, iuxta illud (*1. Petr. 4*): *Tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei*. Adventant igitur Iudices, et Praelati optimum, quod eis hodie Christus proponit exemplum, nempe, ut vita puniatur, et instaurantur mores aliorum, a domo sua, a familia, immo a seipsis incipient correctionem, ne de ipsis dici possit proverbium: *Iustitia placet, non tamen in domo mea*.

HOMILIA III.

Exponitur latius causae, propter quas Christus fuit circumciscus.

Inter multiplices alias causas, ob quas Christus voluit die prima Ianuarii cultum subire circumcisionis, ea non ultima fuit, ut felix inuentus anni principium nobis annunciat operis ipso, cum verbo non posset, propter linguæ impedimentum; volens hac etiam in re reliquis suae aetatis infantulis conformari, sicut scriptum est: *Oportet per omnia fratribus assimilari.* Concipi animo certe non potest felicis anni principium, quam quod inchoatur Christi sanguine; unde si tam felix, et faustum annunciat exordium, quanta laetentis anni felicitas nobis erit expectanda? Initium namque anni, quale futurum sit reliquum tempus, indicat. Unde antiquorum nonnulli censuerunt mensem Augustum esse anni principium, quia qualis erat Augustus, tale futurum totius anni tempus sperabant. Veritas tamen est, annum a Ianuario inchoari, ideoque poeta Ovidius loquens de Iano, seu Ianuario, et explicans quamobrem duas facies haberet, quippe praeteriti anni ultimam partem una facie respicit, altera futuri principium, interrogansque illum, cur homines Kalendis Ianuarii se mutuo salutarent, et bonum annum augurarentur, respondisse ait in haec verba:

Omnia principis, inquit, inesse solent.
Prospera lux ortitur, linguas, animisque favete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Ad hanc rem facit, quod ego non semel notavi ab agricolis observatum, qui ut futuri temporis, et ingredientis anni notitiam assequantur, primos Ianuarii dies observare consueverunt. Nam si, aiunt ipsi, Ianuarii prima die pluit, signum est pluviosum fore Februarium, si autem dies secundus fuerit serenus, Martium simili temperie futurum ostendit, atque ita deinceps computatis diebus, de reliquis mensibus indicant. Ita Christus felicitatem in principio anni nobis annuncians, incipit in ipso ingressu Ianuarii sanguinem fundere in circumcisione, quod aperte nobis indicat, et praedicit copiosam illam sanguinis pluviam in cruce fundendam, ut terram aridam, et sterilem renovaret, redderetque foecundam. Nam si, ut rerum naturalium tractatores asserant, humano sanguine fit terra fertilior, quid facere non poterit Dei sanguine perfusa? Impositio quoque nominis, quod hodie inditur, significat idipsum postea nomine in crucis culmine locandum, quando tibi scribatur: *Iesus Nazarenus, rex Iudaeorum.* Regum adventus ipsum in praesepio adorantium ostendit manifeste, eundem in throno crucis positum, tanquam totius mundi Salvatorem fore ab omnibus gentibus colendum, et adorandum. Quod autem a tam longinquis regionibus venerint, argumento, et indicio est, il-

lum, qui mysticis magnis est, sublatum in cruce tracturum ad se ferrea omnium corda. Intra quod ipse dixerat (*Ioan. 12*): *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.* Sed ut ad propositum redeam, nunciat nobis Christus prosperum anni principium, incipit non sanguinis guttulas spargere, ut certissimo indicio sint illius imbris, quem in sacratissima eius passione, sui corporis venis exhaustis, Calvariae rupibus sanguine linctis, et cruce ipsa eius cruore perfusa, pro nostra salute fundere properabat. Nec ignorabat Christus proverbio dici: *Dimidium facti qui bene cepit habet:* ideoque nunc aggrediens praclarissimum opus, quovis prodigio, et portento mirabilis, humani scilicet generis redemptionem, id potissimum agit, ut conveniens huic operi praebat exordium, partem sanguinis spargens, quoniam non alio pretio quam sanguinis rem tantam perficere satagebat. Fuit et alia Christo causa admodum singularis, ut se circumcideret, ardens nempe desiderium, quo pro nobis patienti tenebatur: qui amoris stimulus adeo vehementem in eo fuit, ut nullus carnificem pro totum vitae spatium magis cum torserit, quam immensa illa charitas, qua nos prosequabatur; unde nullam patienti pro nobis occasionem sibi abire permittit. Et quamvis verum sit, hodiernam circumcisionem Christo maximum doloris praebuisse materiam, cum eius vulneris acutissimus esset dolor, praesertim in carne tenerima, qualis erat Christi; causa tamen maioris angoris, et acerbissimi cruciatus fuit, notari stygmate, et imagine peccatoris. Contemplanur, quae, hunc innocentissimum infantulum inter Mariam, et Iosephum vagientem: nam fortasse Ioseph minister fuit circumcisionis, et qui sanguinem elicit, quem fluentem Mater tanquam snum excepit, Christum inter brachia fovens, et ubera ei praebens, ut singultus reprimeret, et dolorem vulneris dulcedine lactis placaret. At ille non tam vulnere, quam signo, et turpi habitu peccatoris dolebat. Quod ut assequi aliquantulum possitis, perpendite precor, quo animo ferro posset vix aliquis regio sanguine natus, ita sincere catholicus, et orthodoxus, ut facilis se in mille frustra secari sineret, quam a catholica fide, et religione vel transversum, ut aiunt, unquam, aliquando deflecteret, si falsis oppressus testibus turpem defectionis, vel haereseos notam publice deferre cogeret. Nemo certe dubitavit gravissimo animi dolore, et acerbissimo cruciatu sortem suam his verbis deploraturum: Fieri ne potest, ut cum ego sim rex, et animo catholicus, tracter ad haereticos. Qui fit, ut cum heri insigni s. Iacobi, hodie iam Andreae habitu induar, et tam subito, ac immerito turpibus honesta mulerentur? Hinc poterit aliquantulum cognosci poenae acerbitas, quam tener hic infantulus in circumcisione toleravit. Nam licet quidem corpore, non tamen mente, et iudicio puer erat, optime namque noverat suam innocentiam, et aestimabat circumcisionis ignominiam, quam ut mereretur, longissimo, et infinito aberat intervallo. Deficiunt hic saepe verba, quibus sufficienter quae sanctissimum hoc mysterium explicari: ita

men aliqua sunt, quae hoc nobis ob oculos ponere possunt, cum blasphemanti, et perjuranti tam grave Deus sanxisset. Falluntur tamen, quoniam eum, qui Deo maledicit, quod gravius, quam blasphemus, et peritius peccet, acerbior etiam supplicium, et poenam acerbior, quam peritum, aut blasphemum, subire Deus iubet; siquidem blasphemum lapidibus obrat, maledicentem Deo peccatum suum portare imperat. Et cum exploratum sit, in ratione mali incomparabiliter maius esse malum culpae, quam poenae, consequenter inferitur gravius esse supplicium maledicentis Deo, cum ei dicitur, *portabit peccatum,* quam blasphemum, aut peritum, quos lapidibus obrat, et morte mori Dominus praecipit. Existente igitur peccato quodam malo oculis Deo infesto, et quod summe abominatur, et exhorret, satis inde liquet, quanto Christus accepit cruciatum, et quanto affectus fuerit angore, videns se circumcisione notatum, et stygmate peccatoris inustum, et ut dixit Apostolus: *In similitudinem carnis peccati:* quae verba aliis ab eodem Paulo scriptis non parum difficilibus in eadem Epistola declarantur: *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, id est Christum,* qui erat ab omni peccato alienus, fecit Pater aeternus peccatum propter nostram salutem. Sed ad plenioris huius loci intelligentiam supponendum est, ut frumentum velle producere sibi simile, et perfectissimum: ait enim Philosphus (*in lib. Phys.*): *Agens naturale non impeditur quicquam potest.* Quando vero accidit, ut homo perfectus generet imperfectam prolem, ita ut desint pedes, vel manuum digiti supersint, vocatur monstrum, idque alio nomine Philosphi vocaverunt naturae peccatum: natura enim intendit hominem generare perfectum, omnibus membris ornatum; si autem vel excessu, vel defectu deformatum producat monstrum, id peccatum a Philosphis nuncupatur. Ad hunc modum philosphari possumus, dicentes, divina, et naturaliter lego praesciptum esse, ut quemque peccaverit, poenam peccati luat, et supplicium subeat, sicut ad Cain dixit Deus (*Genesis 4*): *Nonne si bene egeris, recipies: si autem male, statim in foribus peccatum aderit?* quoniam ipsum malum opus, quod patrasit, tibi carnifex erit, et clamabit adversus te, postulant tuo crimini vindictam, immo et quando tu minus suspicaberis, quod erit occultum, promulgabitur, id enim sibi volunt illa verba: *Statim in foribus aderit:* peccatum enim, quod occulte intra remota conclavia commissum fuit, non raro in forum publicum educitur, et patibulo suspenditur. Itaque necessario peccatum poena consequitur. Intuens igitur Christum Apostolus Paulus, consideransque illum omni culpa carentem tanta poenae gravitate puniri, censuit id esse monstrum simile, ideoque inquit factum esse peccatum, dum culpa carens poenae subicitur (*ad Rom. 8*): *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Hinc etiam intelligitur alia eisdem Pauli verba, ita loquentis: *Et de peccato damnavit peccatum in carne:* quae dicit, peccati audaciam eo progressam, ut in Christum ex-

men aliqua sunt, quae hoc nobis ob oculos ponere possunt, cum blasphemanti, et perjuranti tam grave Deus sanxisset. Falluntur tamen, quoniam eum, qui Deo maledicit, quod gravius, quam blasphemus, et peritius peccet, acerbior etiam supplicium, et poenam acerbior, quam peritum, aut blasphemum, subire Deus iubet; siquidem blasphemum lapidibus obrat, maledicentem Deo peccatum suum portare imperat. Et cum exploratum sit, in ratione mali incomparabiliter maius esse malum culpae, quam poenae, consequenter inferitur gravius esse supplicium maledicentis Deo, cum ei dicitur, *portabit peccatum,* quam blasphemum, aut peritum, quos lapidibus obrat, et morte mori Dominus praecipit. Existente igitur peccato quodam malo oculis Deo infesto, et quod summe abominatur, et exhorret, satis inde liquet, quanto Christus accepit cruciatum, et quanto affectus fuerit angore, videns se circumcisione notatum, et stygmate peccatoris inustum, et ut dixit Apostolus: *In similitudinem carnis peccati:* quae verba aliis ab eodem Paulo scriptis non parum difficilibus in eadem Epistola declarantur: *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, id est Christum,* qui erat ab omni peccato alienus, fecit Pater aeternus peccatum propter nostram salutem. Sed ad plenioris huius loci intelligentiam supponendum est, ut frumentum velle producere sibi simile, et perfectissimum: ait enim Philosphus (*in lib. Phys.*): *Agens naturale non impeditur quicquam potest.* Quando vero accidit, ut homo perfectus generet imperfectam prolem, ita ut desint pedes, vel manuum digiti supersint, vocatur monstrum, idque alio nomine Philosphi vocaverunt naturae peccatum: natura enim intendit hominem generare perfectum, omnibus membris ornatum; si autem vel excessu, vel defectu deformatum producat monstrum, id peccatum a Philosphis nuncupatur. Ad hunc modum philosphari possumus, dicentes, divina, et naturaliter lego praesciptum esse, ut quemque peccaverit, poenam peccati luat, et supplicium subeat, sicut ad Cain dixit Deus (*Genesis 4*): *Nonne si bene egeris, recipies: si autem male, statim in foribus peccatum aderit?* quoniam ipsum malum opus, quod patrasit, tibi carnifex erit, et clamabit adversus te, postulant tuo crimini vindictam, immo et quando tu minus suspicaberis, quod erit occultum, promulgabitur, id enim sibi volunt illa verba: *Statim in foribus aderit:* peccatum enim, quod occulte intra remota conclavia commissum fuit, non raro in forum publicum educitur, et patibulo suspenditur. Itaque necessario peccatum poena consequitur. Intuens igitur Christum Apostolus Paulus, consideransque illum omni culpa carentem tanta poenae gravitate puniri, censuit id esse monstrum simile, ideoque inquit factum esse peccatum, dum culpa carens poenae subicitur (*ad Rom. 8*): *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Hinc etiam intelligitur alia eisdem Pauli verba, ita loquentis: *Et de peccato damnavit peccatum in carne:* quae dicit, peccati audaciam eo progressam, ut in Christum ex-

puerit. non quidem venenum culpae, quod facere non poterat, sed poenae virus commerit, et manus in ipsum, ac si esset vere peccator, inciserit, quoniam eum vidit in similitudinem carnis peccati, id est habitu peccatoris indutum. Nam velut milites, et lictores Saul, putantes mortem inferre David, omnia vulnera non David, sed eius tantum statura indixere; sic peccatum suum omnes ietus in Christum direxit, non secus, ac si peccator existeret, cum tamen non esset, sed solum simulacrum, et imago peccati, seu ut ait Apostolus: *In similitudinem carnis peccati*. Quae similitudo domestico inducto exemplo non difficulter patebit. Valenatur equitii alicui, aut viro illaevi brachium, illudque pectori appositum, et subtili serico de collo appensus, ut facilius sanetur, gestare solet; accidit autem ut alius similiter quoque brachium, gerat serico appensus, non iam necessitate vulneris, aut doloris, sed ornamenti gratia, ita ut quod ille vulnere coactus faciebat, hic decori indulgens usurpet, et quod in uno necessitatis, in altero voluntatis sit. Sic eo tempore, quo Deus tolerat praecipuum circumcisionis, omnes in posterum, usque ad Christi adventum circumcisionis egebant ad peccati originalis remissionem; at in Christo novae legis auctore circumcisio non erat necessitatis, sed voluntatis, sicut et ipsa mors, quam pro nobis passus est, voluntaria fuit, dicente Isaias (c. 53): *Oblatus est, quia ipse voluit*. Quare sicut ille, qui ad ornamentum appendit collo brachium serico involutum, videri quidem potest brachium habere laesum, etsi revera habeat illaesus; ita Christus rubeum portans insigne circumcisionis, quod peccatoris est proprium, verus peccator videbatur, cum tamen esset ipsa puritas, et Agnus innocentissimus. At tamen peccatum, et diabolus illa peccatoris specie decepti omnes peccato debitas poenas in Christum conferant: sed ut vulgo dici solet, luorum eorum absque invidia, cum pro luero damnum grave tulerint, meritas poenas audaciae suae, ac temeritatis reportantes, completo, quod dixit Paulus (ad Rom. 8): *De peccato damnavit peccatum*: id est ex ipsa poena, quam sibi peccatum infixit, Deus flagellum adversus ipsum peccatum fecit, et eisdem tormentis, quibus ipse fuit ex cruciat, peccatum damnavit, et destruxit: hoc enim significat: *De peccato damnavit peccatum*. Et ita licet verum sit, peccatum Christi circumcisionis, et crucifixionis causam extitisse, id tamen brevi tempore absolvit, ipsum autem peccatum cruci mansit affixum pro omnem aeternitatem, adeo ut nunquam amplius caput extollere, aut vexillum erigere poterit adversus suae cladis, et mortis arcem. Accidit haec in re diabolus, et peccato, quod litigantibus solet evenire: nam qui victoriam assequitur, vicisse non contentus, adversarium pro expensis subinde persequitur, et bonis eisdem, quae ab ipso extorsit, auctus, acerba, et nova lite infestat; eo modo Christus eisdem peccati armis, scilicet poenis, quas passus est, peccatum destruxit; sive, ut dixit Paulus, *de peccato damnavit peccatum*. Quod triumphus genus nobilissimum certe fuit inter omnes victorias, quas ab huma-

ni generis hoste Christus Domini noster assecutus est; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum Amen.

HOMILIA IV.

Prosequimur causas Circumcisionis Christi, sitque brevis, et ingeniosa explicatio Evangelii, quod in festivitate Circumcisionis catholica Ecclesia cantare solet, etc (Luc. 2).

Textus, ac littera sacri Evangelii, quod hodierno die canitur, res duas specie sibi contrarias, et videtur, invicem repugnantes, comprehendit: agit enim de tam puro aetatis infanthulo, ut dies eius per digitos manuum ipsius numerare possimus, neque tamen nativitas dies manuum digitis aequabuntur: oculo enim tantum dies natus est. At si aliter contemplerur, hodiernum tractat Evangelium de puero tam magno, et antiquo, ut cum ipsa Dei aeternitate conerrat: est enim non minus quam Pater eius, aeternus. Agit de puero adeo parvulo, ut stricta fascia teneret, eam nullo Ecclesiae hymno, *Stricta cingit fasciae*, et tamen puer est ita immensus, ut coelum, et terram transcendat, dicente ipso (Ier. 23): *Coelum, et terram ego impleo*. Agit tandem de infirmo, qui duplici pulsu noscendus est, uno valentis, et altero aegrotantis. Quem autem medicum, etsi peritissimum, haec pulsus varietas non conturbet? Nascitur enim hic tener infantulus mortalis, et doloribus expositus, pulsus iste aegrotantis est; at nascitur de matre Virgine, pulsus est iste bene valentis: remittit in praesepe, et inter duo iacet animalia, pulsus iste morbo laborantis; at choros interiorum angelorum coelitus descendit natalem eius celebrans, pulsus iste optime valentis est: sanguis ei in circumcisione educitur, et peccatoris signo notatur, pulsus iste convenit aegrotanti: sanguinis enim extractio adesse indicat morbum: sed quo tempore circumciditur, de coelo mittitur sanctum nomen Iesus, quod significat Salvatorem; pulsus iste non tam male se habentis, sed ipsius medici, immo et ipsiusmet salutis indicium est. De his itaque duabus rebus, ut dixi, praesens tractat Evangelium, et de illis praesentem homiliam teximus, breve quoddam glossema super eius verba meditantibus. Prima verba Evangelii sunt: *Postquam impleti sunt dies octo, ut circumcideretur puer*. Cur Evangelista sanctae circumcisionem Christi simpliciter nobis non scribitis: non enim tam clare, et aperte, quod facere potuisset, ait, Christum circumcisum, sed circumcitione utens, ac tempore circumcisionis praesens, inquis impletum fuisse tempus, ut puer circumcideretur. Hoc mihi contemplanti videtur, nec Evangelistam quodammodo potuisse dicere: quin et calatum recussae atramentum ministratum ad scribendum, Deum fuisse circumcisum. Poterat enim ulique tempus im-

pleri, nec tamen circumcidi, ut filio Sephorae, et Moysi contingit, qui non cum primum impletum fuit tempus, circumcisionem subito sanguinem enim fundere tam alienum a Deo est, quod Alexander ille Magnus, cum ab adulatoribus deceptus se filium Iovis arbitraretur, cum postea in praedio sagitta percussus plurimum sanguinis fuisset, illico respuit, et errorem suum agnoscens, elata voce contra domesticos clamavit: O fallaces adultores, et impostores iniqui, sanguis hic me non esse Deum manifeste clamat: Dii enim nec habent, nec fundunt sanguinem. Quid autem de Alexandro loquor, cum et inferioris ordinis angeli caelestes, Christo in coelum conscendente, talia verba protulerint, ut illum non agnosceret, nec pro ipsorum Deo habere viderentur? idque non aliam ob causam, quam quod eius vestem sanguine conspersam intuerentur (Isai. 63): *Quis est iste, aiunt, qui venit de Edom, tinctus vestibus de Bosra?* S. Hieronymus (de nomin. Heb.) inquit, Edom idem esse, quod rubrum: unde idem est, ac si dixisset: quis est iste, qui in nostra divertit palatia, habitu purpureo, et amictu sanguineo? Quibus respondit Christus: *Ego qui loquor iustitiam*, ego scilicet, qui de coelo descendi, a sinu Patris egressus ad docendum in orbe terrarum iustitias observantiam. Cui illi subiiciunt, dicentes: *Quare rubrum est vestimentum tuum?* id est, quomodo si Filius Dei es, tantum fuisset cruoris, ut vestimenta tua sanguine maderent? Fundere namque sanguinem nequaquam Dei maiestati, et fortitudini convenire videtur. Itaque quod angelos retardavit, ne Christum primo aspectu tanquam verum Deum sum recognoscerent, sola fuit sanguinis effusio. Ut ergo significaret Evangelista, quam prodigiosum esset, sanguinem a Deo fundi, noluit dicere simpliciter, et plane, puerum fuisse circumcisum, sed impletus esse dies, ut circumcideretur: *Postquam impleti sunt dies, ut circumcideretur puer*. Melliflans ille Bernardus de Christi circumcisione agens Christum his verbis interrogat: *Ad quid tibi Domine Iesu circumcisio, qui nec peccatum fecisti, nec contraxisti? quod non feceris, aetas manifestat; quod non contraxeris, nullo certius probat Patris divinitas, et matris integritas*. Huic interrogationi satisfacit doctor Anglicus s. Thomas (3. p. q. 37. a. 6), et Eusebius Emisenus (Hoc. 8. nativitate), dicendo Christum voluisse circumcisionis gladio legis severitatis submitti, ut nos doceret, quam aestimationem, et obedientiam divinae legi exhibere teneretur.

Sed ut melius intelligatur, quam apta, et conveniens haec ratio d. Thomae sit, alius rem ipsum replamus, advertendo primum inter Theologos gravem versari questionem, utrum Dei filius Adamo non peccante humanam naturam induisset. Quibusdam enim videtur minime convenisse tantum fieri sumptum, et tam pretiosum adhibere medium, ubi nulla aderat causa morbi, qui adveniens medici praesentia, et pharmacia sanaretur. Alii contrariae sunt opinionis, existimantes ipso etiam non peccante Adamo filium Dei carnem nostram accepturum, ut se quoad posset homini communicaret, ac

genus illustraret et exaltaret humanum. Veritatem etsi illi ita dissentiant, illud certe omni caret dubitatione, videlicet, quod non peccante Adamo, non venisset passibili, et mortali carne indutus, sed triumphans, et gloriosus, quemadmodum nunc in coelo regnat, et triumphat. Venit autem poenarum, et laborum incommodis expositus, quin etiam ipsi morti subiectus, ut peccatum aboleret, ac morti mortem inferret. In hac sententiam Bernardus interpretatur historiam Ioniae, qui coelum nubibus, et imbribus turbidum, tumentes maris undas, furentesque ventorum flatus aspiciens, omnibus nantis instantis naufragii metu consternatis, et ameo deficientibus dixit: *Si propter me orta est tempestas, proicite me in mare*: statim enim sedabitur ventus, et furentis maris impetus conquiescet. Afirmat sanctus Bernardus, id quod homo in Paradiso a diabolo deceptus appetiit, fuisse sapientiam, angelum autem invidisse, quod Deus ferret homo, et non angelus: ergo Dei Filius non solum coelorum, verum etiam terrarum orbem peccato tumultuantem, et conturbatum videns, ne calamitati adderet calamitas, et post unum sequebatur alium incommodum, si tot perditus angelorum ordinibus, homines etiam necessario remedio pretraherentur, dicit aeterno Patri: *Si propter me orta est haec tempestas, proicite ego in mare laborum, et poenarum tam animae, quam corporis, ne genus humanum absorbeat*. Si tamen horrida peccati tempestas prius orta non fuisset, Dei Filius immortalis, et gloriosus forte venisset; at quoniam peccati ductus invaluerant, venire voluit mortalitati, et passionibus obnoxius, ut in dolorum amplissimum mare proiecitus nos a profundo miseriarum, et calamitatum pelago eructos custodiret. Et quoniam, ut docent medici, contraria contrariis curantur, cum humani generis morbus ab inobedientia legis, et divini praecipii praevagatione duxisset originem, proferantur Christi opus suum ab obedientia legis incipit, subiciens se circumcisioni, quam legis observantiam in Christo futuram praenotavit Isaias; nam ubi nostra vulgata legit: *Et factus est principatus super humerum eius*, Paraphrasis Chaldaica vertit: *Et recipiet super se legem ad observandum eam*. Nec voluit Christus, etsi auctor, et princeps legis erat, sequi consuetudinem Principum mundi, qui legibus non tenebant, ut ab ipsis Iurisconsultis decisum, et definitum est, his verbis: *Principes legibus solutus est*: immo voluit statim observare, quod ipse in Deuteronomio regibus quondam imperaverat, inquit (Deut. c. 17): *Cum rex sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis in volumine*. Rex enim quantumvis potentissimus describam habere debet Deum legem, ut eius sit observantissimus, et disceat imitare Dominum. Videtur ex his verbis Imperator Justinianus didicisse, quod scriptum reliquit in codice de legibus, et constitutionibus principis: *Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se principem proferri*. Quod magister veritatis Christus, etsi princeps coeli, et terrae, in mundum veniens, novo, et mirabili praesat exemplo, nec ut Adam legem Dei vio-

lans orbem terrarum intrat, sed illam observans, non in volumine, sicut reges Israel, sed in semetipso, carnem suam purissimam pro paguro, sanguinem pro atramento, caltrum circumcissionis pro calamo ad scribendum accipiens, cuius aculo mucrone non solum insignula, sed graviter quoque laesa eius tenerima caro fuit. Et quoniam de Adami inobedientia mentionem feci, non possum non animadvertere, primum, quod ei praecepit Deus, fuisse divini praecepti observantiam, cum dixit (Gen. 2): *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae boni, et mali ne comedas.* S. Augustinus haec verba explicans, ita Deum interrogat: *Die mihi obscuro Domine, arbor quam creasti, aut bona erat, aut mala: si mala, cur creasti? si bona, cur vetuisti?* Cui interroganti respondet idem Pater doctissimus, Deum qui est in omnibus suis operibus perfectissimus, cum dedisset corpori cibum, voluisse etiam animae non denegare alimentum; et ideo ait, Deum haec dixisse (Gen. 2): *Ex omni ligno paradisi comede, ut Adam, qui esset corporis cibus, cognosceret, nam, ut inquit Paulus (1. Cor. 15): Primum quod animale est, deinde quod spirituale, posteaque Deum ostendisse, quis, et qualis futurus esset animae cibus, cum prohibuit dicens: De ligno autem scientiae boni, et mali ne comedas.* Ecce huius praecepti obedientiam Adamo assignat, tanquam animae nutrimentum, quae obedientiae observantia fuit Christo perpetuus ille cibus, quo dicebat se sustentari, et cui stomacham a principio suae conceptionis assueverat: unde ipse de se inquit (Mat. 39): *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus: volui te, lex tua in medio cordis mei.* Vix enim cōmatris utero fuerat egressus, cum statim de observantia legis, et Patris implenda voluntate agit, observans circumcissionem, quod et reliquo suae vitae tempore ita curavit, ut iam grandior effectus, cum posset cibus ut solidioribus, et pane vesci duriore, eundem cibum amare, et sibi gratissimum testaretur, inquit (Ioan. 4): *Cibus meus est facere voluntatem Patris mei.* Ac tandem tanquam obedientiae dux amore saucius, et aeger in thalamo crucis recumbens, eandem retinuit obedientiam praeceptorum Patris, sicut Paulus ait (Philipp. 2): *Obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.*

Secunda ratio potissima, ob quam voluit Christus circumcidi, fuit, quoniam ipse praeviderat futurum aliquando Valentinum haereticum, qui contenderet, Christi carnem non ex humana, sed ex coelesti materia compositam, et Apollinarem etiam, qui desperet, dicendo divinitati consubstantialiam, et impassibilem, nec non Manichaeum, qui blateraret Christi corpus esse phantasticum. Ut ergo huiusmodi haeresiarum mendacissimos ostenderet, et illorum damnoaret errores, voluit Christus sanguinem fundere, et circumcissionis subiacere doloribus, ut haec via suae carnis veritatem probaret, et exploratam relinqueret. Hoc ipsum affirmant Epiphanius (haeres. 30), et Bernardus (ser. 3. de circumc.), asserentes Christi circumcissionem fuisse tanquam lapidem, ad

cuius tactum auri veritas exploratur: nam per circumcissionem humanitas Christi, eiusque perfectio, et veritas cognita, et perspecta primum fuit. Nemo est qui nesciat, esse duplicem in Christo naturam, divinam scilicet, et humanam: divina aurum probatum fuit, tanquam lapide, quando ipso moriente petrae scissae fuerunt, Creatoris mortem detestantes, attestantibus pariter eius hostibus, et dicentibus (Mar. 15): *Vere hic homo Filius Dei erat.* Perfectio carnis sanctissimae cognita, et detecta fuit ad lapidei caltri ictum, quo Christus fuit circumcissus: gladius namque ille, iuxta magis communem, et receptam opinionem, non ferreus, sed lapideus fuit, sicut latius ultima declarabit Homilia.

Tertia ratio, qua motus Christus carnem suam voluit circumcidi, fuit, ut hominibus persuaderet, quantum interit carnis frenare appetitus, et sensum omnium libidinem habere subiectam; nam ut notavit Ambrosius (lib. 1. de Abr. c. 17) his verbis: *Evidenter circumcisio carnis praeceptum est castitatis:* quod etiam s. Thomas (in 4. d. 5. q. 2. a. 3) affirmavit. Voluit autem Christus in tenera adhuc aetate hanc nos docere virtutem, quoniam vitae morumque correctio, et reformatio inde inchoanda est. In cuius rei figuram scriptum est in sacris litteris, civitatem Susan fuisse caput regni Assueri (Gen. 10): *Susan civitas regni eius exordium fuit.* Susan idem est, quod lilium, id vero symbolum est castitatis; et ideo optime convenit castissimae Susannae nomen inde deductum, siquidem ut castitatem tueretur, manifesto se periculo vitae, et honoris exposuit. Qui ergo cupit, ut in se regnare Christus incipiat, a castitate debet incipere; quoniam cum difficilis eius sit observantia perfecta, oportet illam cum primo, ut aiunt, lacte sugere, et a teneris ungueulis castis moribus assuescere: nam ob eius rei incuriam grassatur in inventula voluptas, et frequentes praedas, ac miserabiles ab incantis reportat, sicut Danielis prophetae visio confirmat, cum narrat a se visam belluam crudellem, et audivisse vocem dicentem sibi: *Surge, comede carnes multas,* id est, carnes hominum voluptatibus deditorum. Ubi valde notandum est primum, quod ait belluam illam esse similem urso, cuius ea natura est, ut melle plurimum delectetur: quo significatur carnis visio deditum, et voluptatibus indulgentem cibis gaudere savibus, et recreari delitiis, quoniam intemperantia luxuriae fomes, et incitamentum est. Secundum addit Propheta, tres huic bestiae essendae dentium ordines, quibus maxime saeviebat, ut ostendat in tribus potissimum aetatibus carnis dominari lasciviam, in pueritia, iuventute, et senectute, ad quas reducuntur eorum aetates, qui veneris delectantur. Quamobrem ut Christus nos doceret gerere bellum a pueritia contra tam crudelem adversariam, incipit infantulus innocentissimam carnem suam cultu puritae circumcissionis. Hoc opus tam gratum Patri fuit, ut illico accepit ab eo compensationem impositione gloriosi nominis Iesu, ut dicit Evangelista: *Vocatum est nomen eius Iesus.* De cuius nominis excellentia, et immensis the-

sauris, qui in hoc sacratissimo nomine reconduunt, fieri quidem non potest, quin antiqui Patres aliquid subfocerint, cum tam ardentiter illud sibi revelari flagitarent. Abraham nihil vehementius expelebat, quod non assecutus, saltem obtinuit, tanquam rem magnam, huius nominis litteram quam proprio nomini adtingi, idque non absque compensatione, et commutatione sanguinis filii sui Isaac, quem Deus sibi sacrificari mandavit: *Tolle,* inquit (Genes. 22), *quem ad dignis filium tuum Isaac.* Iacob etiam in hoc desiderio insignis fuit, siquidem non contentus integram noctem cum angelo luctari, ut antequam discederet, benediceret sibi, summis precibus ab eo postulavit, arbitrans angelum esse divinum Verbum, humano habitu, ita tunc praeludens ut postea vere homo fieret, sicut advertit Theodoretus. Curavit etiam Iacob, dum ita luctabatur, scire nomen angeli, idque sedulo anxius est, frustra tamen dicente angelo (Genes. 32): *Cur quaeris nomen meum, quod est mirabile?* Id est, noli enim curiosus, nomen meum percontans, esse ardensissimum tenebatur desiderio eiusdem nominis cognoscendi; unde dicebat (Isai. 66): *Nomen tuum, et memoriam tuam in desiderio animae meae.* Advertensque sibi non respondere Deum, clamavit iterum, et coeli portas quasi pulsans, intento clamore ait (Isai. 64): *Utinam dirumperes caelos, et descenderes, et nolum faceres nomen tuum.* Quod lamen etsi pium et sanctum desiderium Deus non impleverit, sicut ipse significavit (Exod. 4): *Et nomen meum non inducavi eis:* in nostro tamen saeculo vere auro, quod in lege gratiae coepit, inter divitias, quas Deus Ecclesiae suae liberaliter communicavit, sacratissimi sui nominis thesaurus omnibus manifestus, et communis habetur (Luc. 2): *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.* Quod eximiae dignitatis nomen solus Pater aeternus dare novit, et ideo per angelum de coelo missum: nam ad imponenda rebus convenientia nomina opus est plurima sapientia. Hinc videmus Davidem, qui praedicandis Dei perfectionibus excelluit, ut hominibus persuaderet summam Dei, et mirabilem esse sapientiam, de illo dixisse (Ps. 146): *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat;* hoc est, non solum praestat Deus numerandi arte omnibus Arithmeticis, dum multitudinem stellarum numerat, sed omnibus etiam sapientissimis quibusque Philosophis antecellit, dum siderum omnium, et stellarum exactam habet notitiam, ut singulis earum nomina propria, et naturae convenientissima indiderit, ac propterea ab eo vocatae, tanquam prompta, et ad nutum obedientia mancipia praesto sunt, iuxta illud (Baruch. 3): *Stellae vocatae sunt, et dixerunt atsumus.* Cum igitur nemo alicui rei nomen dare valeat, quin naturam eius, et dignitatem exacte cognoscat, quod in Christo Pater solus comprehendit, planum utique est, solum ipsum, quale conveniebat, nomen imponere potuisse: quod ut notaret Evangelista, subiunxit, dicens (Luc. 2): *Quod vocatum est ab angelo, prius-*

quam in utero conciperetur. Non igitur inventum ab hominibus hoc nomen est, sed a Deo, iuxta illud (Isai. 62): *Quod os Domini nominavit.* Hoc praeter Evangelistae testimonium, quo praecipue haec veritas ostenditur, indicat etiam varietas nominum, quae solo nomine Iesu continentur, licet sit tam parvis syllabis contractum, ut duas non excedat. Ingenii, et sapientiae proprium semper fuit multa paucis comprehendere, et claudere parvis maxima, ob id quoque horologium omnibus rotis, et instrumentis perfectum, ita tamen exiguum, ut annulo mana gestando quae affligi, multo pluris habebat, et consuetur artificii maioris, quam quod adeo magnam, et sonorum est, ut per totam civitatem audiat. Tabula etiam exigua, ubi omnes provinciae, et regna, quae haecem inventa sunt, exarata cernuntur, plaris est, quam quae amplior, et longior eisdem provinciarum, et universi orbis descriptionibus exaratur. Praeterea sacrum litterarum illa non minor est excellentia, quod paucis verbis gravissima sententiarum pondera, et altissima mysteria recondant. Namisima etiam, quo pretiosius, eo minoris est quantitas, et maiori pretio, et valore, quam reliqui mumi, licet quantitate maiores, aestimantur. Hinc recte inferunt, summam esse huius nominis dignitatem, et eius qui illud imposuit, sapientiam infinitam, cum nomen unum existens, alia quam plurima, ac pene infinita Dei nomina continet. Nam quemadmodum omnia fere nomina, et tituli, qui Philippo illi adscribuntur, dum rex Castellae, Portugalliae, Legionis, Aragoniae, Navarrae, et aliarum provinciarum appellatur, latent et continentur sub uno nomine regis Hispaniarum; ita in hoc sacratissimo nomine Iesu, cum Deus sit sapiens, omnipotens, iustus, bonus, et misericors; omnia haec, et alia nomina delitescent. Iesus enim idem est, quod Salvator; salvum autem populum suum facere non potest, nisi ad tantum opus omnia haec Dei attributa concurrant. Qua propter vere diximus nomen hoc sacratissimum, quod syllabis duabus tot ac tanta comprehendat sacramenta, coelitus delatum, et Deum solum habuisse auctorem; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA V.

Magnitudo amoris ostenditur, quo Christus sanguinem prosecutus est, ter pro eis homines fundens in circumcissione, in horto, et in cruce.

Inter ea, quae Christus pro nobis fecit, praesertim excellit amor flagrantissimus, quo non complectebatur, cultus amoris signa, et testimonia, etsi varia multaque sint, illud certe perspicuum, et magni ponderis est, cum amam proprio dispendio, et gravi sumptu rem amalam tutum. Quam ob causam Christus nostrae salutis amantissimus, ut suum erga nos